



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CLVIII. Henrici Episcopi Tullensis privilegium concessum monasterio sancti
Mansueti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

tione boum, sine alicuius contrarietatis obstacle; & post obitum suum remaneant filii vel filiabus de Guilielmo Raimundi in se procreatis; & quod Beatrix in vita sua non impedita sua jam dictae partis honorem vinditione, impignoratione, vel donatione, vel aliquo modo quo filii suis & Guilielmi Raimundi ad perditionem venierit. Sed Milites ipsi stent in hominio Beatrixi usque ad obitum ejus. Excepto hoc Beatrixis hominio, ipsi Milites serviant Guilielmo Raimundi, & fint sui, & habeant solidos. Actum est hoc Nonas Iulij anno **xxvii.** regni Ludovici Regis. Signum Guilielmi Raimundi, Signum Beatrixi, qui hanc convenientiam laudaverunt & firmaverunt. S. Raimundi Comitis, S. Reamballi de Bafeia, S. Raimundi Renardi, S. Petri Bertrandi de Bellolio, S. Bernardi de Bellolo, S. Beccengarij de Cheralto, S. Bernardi Guilielmi de Vaciano, S. Guilielmi de Pogalio. S. Poncij scriptoris Comitis, qui hoc scriptis die annaque prefato.

CL VII.

*Adriani JV. epistola de excommunicatione
Matthaei Duci Lotharingie.*

An. 1155.
Ex schedis
c. v. An-
drea Du-
chelii.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Metensi & Virgini-
neni Episcopis & dilectis filiis G. Propofito &
R. Decano Treverensis Ecclesie salutem & apo-
stolicam benedictionem. Notitiam vestram non
credimus ignorare qualiter sacrofancti Romanae
Ecclesie Matthaeum Ducem pro castello Gundul-
fivile, quod ante civitatem Tullensem exxit,
excommunicationis subiecti & a communione fide-
lium reddit alienum. Sanè cum ille iniquitas
filius percussus saltem emendari debuerit, de cor-
rigendo quod male gesserat cogitare super dolorem
ejusdem civitatis adjectit, & Tullensti Ecclesie
Vischiriacum & alias villas, Ecclesias, pos-
sessions, & multa alia praefulpsit auferre, mul-
tisque ipsam molestiis & rapinis non desinit fati-
gare. Per praesentia itaque scripta vobis mandan-
do praecepsimus quatenus eum excommunicatum
publice nuntietis, & in terris ipsius in vestris epis-
copatibus constitutis, prates baptisma parvuloru-
rum & paenitentias morientium, omnia divina
prohibeatis officia celebrari, & inviolabilitate ab
omnibus eandem sententiam servari faciat. Si
quis autem constitutus in clero eidem sententiae
contrarie presumferat, ut tamdiu a beneficio suo
reddatis cum & officio alienum donec de tanto
reatu satisfacturus ad apostolicam sedem cum li-
teris vestris accedat.

CL VIII.

*Henrici Episcopi Tullenensis privilegium con-
cessum monasterio sancti Mansueti.*

An. 1161
Ex archive
S. Mansue-
ti Tullen-
ensis.

In nomine sancta & individua Trinitatis Pa-
tris & Filii & Spiritus sancti. Henricus Dei
gratia Leucorum minister & servus dilecto filio
suo Iohanni Abbatii sancti Mansueti ejusque suc-

cessoribus & ceteris fratribus sub regula beati Be-
nedicti ibidem Deo militantibus in perpetuum.
Pastoralis officij cura exigente gregi nostro vigi-
lanter debemus incumbere, & talentum nobis à
Deo commissum fideliter erogando, amicos, qui
nos recipiant in eterna tabernacula, utile & la-
lubre eis nobis adquirere. Eapropter salutis no-
stra providendo, utilitatibz fratrū beati Man-
sueti consuētus, & versutis hominim præfici-
tū & posterorum occurrentes, ut totius ex-
actionis iustitiae & calumniae occasio in perpetuum
præsumptetur, & omnia ad pacem & unitatem
de cetero referantur, Iohanni Abbatii sancti Man-
sueti & ipsi Ecclesiæ, affluens & voluntate Dom-
ini Theoderici nepotis nostri Archidiaconi civita-
tis, reddimus Albricum Presbyterum parochiæ
sancti Mansueti cum suis successoribus ex parte
nostra & Archidiaconi & Archipresbyteri libe-
rum, eo videlicet tenore ut quicquid juris & de-
bita subjectionis in eo ex dignitate pontificale ha-
bebamus, Abbatii suisque successoribus cum cura
animarum contulimus, quatinus ab ipso Abbate
suisque posteris Presbyteri qui ibidem fuerint or-
dinandi vicarij, ipsam curam suscipiant. Ita ta-
men quod Archidiaconus & Archipresbyter ec-
clesiasticam iustitiam, cum opportunitate fuerit,
super parochianos exercant, præter ministeriales,
scilicet Villicum, Decanum, Scabinionem,
& famulos Ecclesiæ feodatos & præbendarios
quotidianabz ab Ecclesia sumentes stipendia, a quibus
si forte in causa animæ in aliquo fuerit erratum,
presenti Abbatii & futuri dimittimus cor-
rigendum. Presbyter vero ab Abbate confilio fratrū
suum præcente gratia divina ad parro-
chiam vocatus, investitura cura de manu Abba-
tis suscepit, præbenda quam ei pro vicarii sua in-
stituerit, absque reluctance contentus erit. Quod
si ultra quam quod ordinatum est quascuerit, &
super hoc controversia vel aliqua molesta emer-
serit, si animo intus respicere noluerit, hanc al-
terationem amore vel iudicio rescindere in Abba-
tis sit plenaria potestate & dispositione, cui vice
Pontificis de culpis & negligentiis suis Presbyterum
decrevimus respondere. Pro hac verò liber-
tate Presbyterorum super parochia sancti Man-
sueti concessa, in anniversario nostro singulis anni
septem solidos ad mensam monachorum &
refectionem pauperum ab Abbatie suisque posteris
persolvi constitutimus. Decernimus etiam causa
nostra salutis & memoria ut terras & vineas cen-
suales & decimales ad prefatam Ecclesiam perti-
nentes quicunque tenerint, si debitos census
certis diebus five temporibus persolvere ex ali-
qua protritate dissimulaverint, ante altare beati
Mansueti eos ad satisfactionem vocare, & si post
teriam vocacionem veritate neglexerint, vel
præsentati satisfacere justitiae aliqua dolitate subter-
fugerint, sententiam excommunicationis in eos
profere. Hanc igitur donationem superius ita
distinctam, ad ipsius confirmationem per præ-
sentia scripta sigilli nostri impressione signata, suc-
cessoribus nostris mandamus, suppliciter eos in
Domino deprecantes ut morem quem ab aliis sibi
exhiberi vellent iuxta illud. *Quocunque vultis ut
faciant vobis homines, & vos facite illis debito
fraternitatis affectu nobis impendant, donumque*

& statutum nostrum ratum & inconcussum tenet & teneri ecclesiastica censura coēreant. His etiam addimus Albreici utoris statum omnino liberum. Si qua vero ecclesiastica seculari've persona hanc institutionis nostra paginam temerario aucto infringere vel perturbare presumplerit, a gremio sancte matris Ecclesie auctoritate beati Petri Apostoli & vicarij ejus beate Manufeti & nostra eam segregamus, ac perpetua maledictione cum Dacan & Abiton, qui vivi à terra fuerunt absorti, subjaceremus. Conservantibus autem hac sit pax & exultatio tanta in hoc quam in futuro seculo. Hanc praesentem descriptionem nostro munitione sigillo signis & testimonio nostrorum fidelium roborandam contradimus. Signum Henrici Episcopi. S. Hugonis Abbas sancti April. S. Iohannis Abbas sancti Manufeti. S. Sigifredi Abbas sancti Leonis. S. Haimonis Decani & Archidiaconi. S. Theodoricus Praepositi sancti Gengulfi & Archidiaconi. S. Petri Comitis & Archidiaconi. S. Odontis Thefaurarit & Archidiaconi. S. Vlrici Archidiaconi. S. Albreici Capellani & Archidiaconi. S. Haimonis Archidiaconi. S. Vvalteri Cancellarii. S. Rofridi Magistri. S. Ainardi Canonici. S. Paulini Decani sancti Gengulfi. S. Damberti Canonici S. Gengulfi. S. Theodoricus Canonici S. Gengulfi de Sellei. S. Viiani Archipresbyteri civitatis. S. Richardi Scabionis. S. Albreici Presbyteri S. Mansueti. S. Henrici Presbyteri sancti Amantij. S. Marthae Ducis. S. Simonis filij eius. S. Henrici de Chacinal. S. Hugonis filii ejus. Aucta sunt haec Tulli in Ecclesia beati protomartyris Stephani Iibius Octobris, multi religiosi viri & laicos personis nobilibus assidentibus, anno ab incarnatione Domini M C L X I I . Indictione xii. Epacta xxv. concurrente i. Imperatore Frederico sempere Augusto regnante, pontificante domino Henrico.

C L I X.

Carta quomodo Theobaldus recognovit se esse hominem de corpore Ecclesie Fossatenis & dominio.

An. 1241.
Ex chartulario monasterij Fossaten.

Guillelmus permissione divina Parisiensis Ecclesiae minister indigenus omnibus praesentibus literas inspecturis falorem in Domino. Noveritis quod in nostra praesentia constitutis fratre N. Abate Fossateni ex una parte & Theobaldo filio Gaufridi dicti Vicarij de Farz monasterio ex altera, cum idem Abbas diceret eundem Theobaldum esse hominem de corpore Ecclesie Fossatenis, & quod si idem Theobaldus unquam fuerat in Clericum ordinatus, istud sine confusione Ecclesie Fossatenis factum fuerat, quare non debebat valere in praepudicium Ecclesie Fossatenis, praedictus Theobaldus confessus fuit coram nobis se fuisse in Clericum ordinatum, sed sine licentia & voluntate Ecclesie Fossatenis, & confessus fuit quod hoc factum fuerat sine scientia ordinantis. Nam cum vidisset turbam quorundam puerorum qui debebant in Clericos ordinari, latenter se hujusmodi turbæ immiscerunt ad suggestionem quorundam, puerili

levitate deductus. Confessus etiam fuit se esse debere, & etiam esse ejusdem Ecclesie Fossatenis hominem de corpore & se velle in omnibus Fossatenis Ecclesie dominio subjectum esse, se & sua voluntati & dominio ejusdem Ecclesie omnino in nostra praesentia supponendo, abrenuntians omni privilegio si quod sibi posset competere ex illa tonsura illicite consecuta vel alio quoque modo. In cuius rei testimonium & munimen ad petitionem dictarum partium praesentibus literis sigillum nostrum duximus opponendum. Datum anno Domini M C C . quadragesimo primo, mense Aprili.

C L X.

Carta quomodo Mattheus Clericus recognovit se esse filium magistri Clementis de Crifolio &c.

An. 1244.
Ex codice
chartulario.

Omibus praesentibus literas inspecturis. Officialis curia Parisiensis in Domino salutem. Notum facimus quod in nostra praesentia confitit Mattheus de Crifolio recognovit quod ipse erat filius Magistri Clementis de Crifolio & Alefis uxoris ipsius Clementis, & genius constante matrimonio inter ipsos. Recognovit etiam quod religiosi viri Abbas & conventus monasterij sancti Petri Fossatenis ipsum manumisserant & restituuerant libertati sub tali conditione, si ipsum fieri Clericum contigerit & in clericatus ordine perpetuo residere, & etiam tali modo quod post decepsum ipsius omnia bona immobilia sua de hereditate sua moventia ad ipsos Abbatem & conventum quittè & liberè devolvantur, nisi altere procedat de voluntate predicatorum Abbatis & conventus; volens & concedens quod si postquam tonsuram clericalem habuerit, ipsum uxorem ducere contigerit, nonobstante manumissione hujusmodi dicti Abbas & conventus omnia bona hereditaria ipsius Marthae habeant & disponant de illis pro sua penitus voluntate, nisi altere procedat de voluntate eorundem. Promisit autem idem Mattheus, fide in manu nostra praesertim corporali, quod bona sua hereditaria immobilia nullatenus alienabit nec onerabit quin post decepsum ipsius ad predicatum monasterium quittè & liberè devolvantur. Renuntiavit insuper dictus Mattheus specialiter & expressè omni actioni & exceptioni tam juris quam facti coahrenti rei vel personæ, omni juris auxilio canonici & civilis, omni privilegio concessio & concedendo, confutundi & statu, & omnibus aliis que sibi possent prodeſſe & dictis Abbatii & conventui in aliquo obesse vel aliquibus praemisſorum. Actum anno Domini M C C . quadragesimo quarto, mense Ianuario.



F F f f f iii